

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Contemplacio g  
cum uariis

Contemplari Dei sapienciam non possunt qui sibi uidentur esse sapientes quia tanto ab eius luce longe sunt, quanto apud semetipsos humiles non sunt; quia in eorum mentibus dum tumor elacionis crescit, aciem contemplacionis claudit, et unde se lucere pre ceteris estimant, inde se lumine uirtutis priuant.

Gregorius libro XVIII. moralium.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P v<sup>1</sup> v<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

libro *om.* B